GODEFRIDUS ADMONTENSIS

2. Hälfte 12. Jh.

Seite 153v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

discipulis eius adinuicem. Discipulorum nomine. spiritum.
animam. & corpus hominis possumus accipere. Qui dum se
sub disciplina dni recte uiuendo colligunt. nec tamen ad
desideratam diuine agnitionis & dilectionis dulcedinem p
uenire possunt. ista sine intermissione uerba adinuicem
conferunt. Quid est hoc qd dicit nobis modicum & iam non
uidebitis me. & iterum modicum & uidebitis me. & quia ua
do ad patrem. Quid est quod dicit modicum. Duas hic po
sunt interrogationes. Prima interrogatio. est, ppric ignoran
tie consideratio. secunda interrogatio. est humilis, p eadem
ignorantie sue cecitate. continuanda ad deum oratio. Nam
quid aliud ueri dni discipuli faciunt. dum quasi derelicti a
deo. nullo corporis labore. nulla cordis deuotione. ad graciam
diuine dulcedinis pungere se posse conspiciunt. nisi quod
supplici corde & uoce. dno clamant in oratione. Quid est hoc
quod dicit nobis modicum. Ac si dicant. O dne. essentialiter
misericors & bone. quid est hoc. quod de ineffabili tua dulcedine
nobis dicitur cotidie. Doce nos dne solita tua bonita
te. fac ut experiamur intrinsecus. quid sit modicum. & ite
rum modicum. quod audimus extrinsecus. sine quo ad uisio
nis tue gram pungere non possumus. Heremus quid loquit.
Hicbil nobis audire exterius, pdeerit. si tua nos G R A C I A
docere intrinsecus desierit. Hiusmodi orationem quia li
benter audiat. & exaudiat dns. consequenter euangelista
ostendit in consequentibus. Cognouit autem inquit iesus.
quia uolebant eum interrogare. & dixit eis. Cognoscere
iesu. est appbare & diligere I E S V. nam teucia omnes illos
diligit. qui, p salute sua sollicitantur. qui, p ignorantia dei
quam in semetipsis deprehendunt. frequenter contristant.
interrogare hominis. est desiderare hominis. Illi uere deum